



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

14. Augusti. 19. Cal. Septemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

## 138 ANNI CISTERCIENS.


privialem versum pro umbone objiciat, dicitque: Te cum turpissima pice tua

*Exeiror, aversor, detestor, abominor, odit*

*S. BERNARDUS, hom. i. sup. Miss.*

Humi- *Non omnium est virginitas: multo  
litas*  
*Mariæ tamen paucorum est cum virginita-*  
*imitan-*  
*te humilitas. Si igitur virginitatem*  
*da-*

*MARIÆ non potes nisi mirari,  
stude humilitatem imitari, & sufficit  
zibi. Quod si & virgo es, & humili-  
es, quisquis es, magnus es.*



14. Augusti. 19. Cal. Septemb.

Obiit B. A M A L R I C E: qui Institutum Ci-  
anno sterciense in monasterio Caroli lo-

1167. ci juvenis amplexus, per virtutum vi-  
am ad Abbatialem dignitatem, inde  
ad Episcopatum Sylvanectensem as-  
cendisti: utrobique muneris tui admi-  
nistrator vigilantissimus: unde merito  
boni Pastoris mercedem apud superos  
recepisti.

Nec indonata erit in cœlo vir-  
tus, nec vitia impunita. Conabor ego, us  
defini- cùm ad grandia merita infirmitati mee  
unt aspirare non liceat, pro viribus saltē  
merce- demerita fugiam: nam & hic labor præ-  
mij non vacuus erit.

Beati

Beati quadraginta Monachi Magi- *Passi*  
 ensis cœnobii in Hibernia: quos unà *circa*  
 cum Abbatे furentes hæretici capite *annum*  
 truncârunt. Aberat à monasterio & 1591.  
 cæde cellararius, vir senex, & in glori-  
 osissimam cœli Reginam admodùm  
 pius. Qui visa tam cruenta strage, vo-  
 bis quidem martyrii lauream gratula-  
 tus est; sed interim inter pias lacrymas  
 doluit, in solennissimo pervigilio su-  
 peresse neminem, qui scandentis super  
 sidera Virginis triumphum solito can-  
 tu celebraret. Hæc dum ille tristi ani-  
 mo volveret, vos reassumptis capitii-  
 bus, Vespertinas preces tam suavi mo-  
 dulatione cantâstis; ut jam vobiscum  
 in cœli gaudiis lœtari pius spectator si-  
 bi videretur. Mirabatur ille prætereà  
 rubentem circulum singulorum guttu-  
 ra cingentem, quâ nempe tyrannorum  
 enses transierant: sed & palmas coro-  
 násque, commune omnium victorum  
 suum sibi pæana canentium decus. At  
 vos nobili musicâ ad finem perductâ,  
 æterno Festum jubilo acturi, corpo-  
 ris exuvias terræ, cœlo animas trans-  
 scripsistis. Utinam arido peccatori meo illa- *Devo-*  
 beretur unica scintilla devotionis, quâ vos *tio in*  
*Sub prodigiosa psalmodia artistis!* neque e- *oratio-*  
*nim ad Deum ascendit, nisi accensum ora-* *ne*  
*tionis thymiana.*

*Post*  
*marty-*  
*rium*  
*Vespe-*  
*ras ca-*  
*nunt.*

S. B E R-

## 140 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, de dit. Deo. c. 12.

Tria      *Eſt, qui conſitetur Domino, quoniam  
genera potens eſt: & eſt, qui conſitetur Dño,  
laudan. tium quoniam ſibi bonus eſt: & item, qui co-  
Deum. fitetur, quoniam ſimpliciter bonus eſt.*

*Primus ſervus eſt, & timet ſibi: ſecun-  
dus mercenarius eſt, & cupid ſibi: ter-  
tius filius eſt, & defert Patri. Itaq, &  
qui timet, & qui cupid, utriq, profe-  
gunt: ſola, quæ in filio eſt, charitas non  
quærit, quæ ſua ſunt.*

(ꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝꝝ)

15. Augusti. 18. Cal. Septemb.

Festum      *Auguſtissima cœli terrarumque Im-*  
*Assum- peratrix M A R I A : quæ hodierna*  
*pionis die ſideribus invexiſti triumphum, ad*  
*Mariæ cuius pompa tota æternitas conqui-*  
*sivit ornatum. Eburneo Virginitatis*  
*curru ſublimis fœcunditas, ad cœleſte*  
*Capitolium ferebatur, ſolium occupa-*  
*tura, quod ſolo D E O eſſet infe ri uſ. nec*  
*tantum ſub pedibus tuis fulgebat cum*  
*ſole luna, ſed orbis universuſ tuo pa-*  
*rtu redemptus, Liberatrici ſuæ applau-*  
*debat. Jubilabat cœlum, defor torum*  
*ſpirituu m ruinas ex tuis ſpoliis reſtau-*  
*raturum. Solum fremebat contritum*  
*Virginco*